Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Præfatio Ad b[e]nevolum Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

Visual Library

PRÆFATIO

Ad b nevolum Lectorem.

AMice Lector, Sacramentum Ordinis, quod ex fine ſuo ſpectat debitam Sacramenti Sacramentorum, hoc eſt, Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ adminiſtrationem, in brevi & parvo compendio tibi exhibeo; ut tria hinc addiſcas, primò ipſorum Ordinum naturam, eſſentiam, munia, & effectus, tum ad illos ſuſcipiendos requiſitam diſpoſitionem, ac denique ſubſequentem ex eiſdem rite ſuſceptis obligationem: adjectis inſuper, & ſparſim inſertis variis & opportunis monitis ac ſpiritualibus documentis, ea brevi & facili methodo, ut compendioſus hic labor non ordinandis modò, verùm etiam ordinatis, tam Sacerdotibus, quàm alÿs Perſonis Eccleſiaſticis inſtar præambulæ lucis ad inſignem ſcientiæ vitæ & morum honeſtatem, virtutéſq; Eccleſiaſtico ſtatu dignas viam ſit monſtraturus. Invenies namque in par-

vo hoc

vo hoc opere plurima, etiam minus obvia, à diverſis Auctoribus ſparſim tractata, veluti diffuſos ſolis radios in unam quodammodo lucem collecta, quæ celeriùs, & efficaciùs ſcientiæ ac virtutis lumine te colluſtret. Volve igitur, & revolve Libellum parvum ſedulitate non parva, ad ambulandum dignè ſacra vocatione tua, quâ vocatus es, augendamque Jeſu Euchariſtici, cujus Miniſterio Ordo te deputat, ſummam maximámque gloriam, & vale.

PARS